

**Rector Universitatis Rostochiensis M. Hermannus Becker ... Ad Funus Quod
Matronae Honestissimae Annae Lübbecken/ Viri ... Johannis Amselii ... relictae
Viduae Liberi maestissimi ... paratum cupiunt : Omnium ordinum Cives
Academiae prolixe officioseq[ue] invitat ; [P.P. sub sigillo Rectoratus die 3.
Aprilis Anno 1672.]**

Rostochii: Kilius, [1672]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn745851568>

Druck Freier  Zugang



Becker, H.

in

A. Lübbeck,

uxor. J. Amsel,

Rostock. (1672.)

72



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn745851568/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn745851568/phys_0003)

DFG

RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
M. HERMANNUS
Becker /

Inf. Math. Prof. Publ. Philosoph.

Facultatis hodiè Decanus, & ad D.



Jacobi Pastor,
AD FUNUS

Quod
Matronæ Honestissimæ

ANNE Lübbecken /

VIRI

Literatissimi Spectatissimiq;

DN. JOHANNIS AMSELII,

Illustris Collegii Ducalis, & Senatorii Professorum in Universitate Rostoch: Oeconomi

& Amplissimæ Facultatis Juridicæ Secretarii

relictæ Viduæ

Liberi mæstissimi

Hodiè horā I. in Templo Jacobæ paratum cupiunt.

Omnium ordinum CIVES ACADEMIÆ
prolike officioseq; invitati.

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Universit. Typogr.



Riduum est, cum scriptionem funebrem ultimo honori pudicissimæ Virgini impendimus: in præsentiarum ad mæstissimum opus iterum inviti repetimus; Usq; adeo quotidianâ experientiâ abunde edoce mur, fugacem fragilemq; esse mortalium vitam; Et licet discrimin aliquid inter nos, nunc quidem fortuna, nunc potentia, nunc virtus præstantiaq; animi faciant, hac ferreâ tamen, uti ita loquamur, necessitatis lege damnantur omnes, ut moriendum tandem sit excedendumq; Theatro, in quo hactenus egimus par tes, et si quibusdam brevior, quibusdam vero longior contingat vita. Neque enim ullius rei nobis citius obrepit oblivio, quam hujus, hincque, proh dolor! multi mortalium sutilibus in rebus impigrè desudant, & circa quæ occupari omnium maximè oportebat, maximè negligunt; Memoriam mortalitatis atque imbecillitatis vitæ humanæ, quam nobis Scriptura Sacra impensè commendat, vel plane deponunt, vel perfunctoriè saltē tractant, inque utramque aurem securi dormitant. Quæ in moriendi rebus securitas, paratissima profecto ad interitum via est; Ægyptii ut suis excuterent mortis oblivionem, inter Epularum delicias, ac hilariores convivarum comedationes, ligneum cadaver convivantibus exhibebant, eosque hac voce: *in hoc respiciens bibe & bilaris esto, eris enim mortuus*

mortuus talis, mortalitatis suæ admonere solebant. Persæ, domi suæ mortuos sepeliebant, non alio fine, quam ut mortis memoria vivorum oculis perpetuò obversaretur; Nobis qui Christiani salutari volumus, hujuscemodi ineptiis haud est opus; quippe oracula sacrarum literarum, quæ ad unguem observari oportet, utilissimam mortis recordationem jugiter nobis inculcant, hominemq; TERREORUM seu futilium vasorum instar habere, asserit Apostolus, cuius vocem audiри æternus Deus vult ac identidem, ut Senecæ verbis utamur, argumento aliquo recenti, admonet fragilitatis suæ oblitos, & aeterna meditantes respicere cogit ad mortem, si forte excitare nos à securitatis veterno posset, antè quam mors vitam, & vitæ somnia discutiat. Ex eorum minime numero erat FUNCTA Nostra, qui fragilitatis humanæ planè obliti sint, vel non satis crebro memorint, sed magis cotidiè ejus recordabatur, adeoque ad eum semper respexit, à quo sein hanc lucem ex positam profitebatur, & qui suo arbitrio res omnes mortalium moderatur ac versat, ejusque voluntati in omnibus obsequi voluit: Cæterum quæ de Honestissimâ MATRONA sveto more adduci soleant, ea uti à Mæstissimis liberis conscripta sunt, illibatè apponemus, atque ita sonant. Dilectissima Dn. Parens nostra ANNA Lübbeken nata bie Rostochii est. Pater ejus fuit Vir Nobilissimus & Consultissimus DN. GEORGIUS LUBBECHIUS, Neo Treptoviensis Pomeranus, p. m. U. J. D. Practicus item & Di- casterii Meclenburgici Advocatus ordinarius, Academia bujus Con- civis. Mater WENDULA CORFINIA, p. m. fœmina sexus suæ virtute ornatissima. Avus paternus Vir Eximius & Spectatissimus DN. GEORGIUS LUBBECHIUS, p. m. Civis Starg. primarius, Viri quondam Spectatissimi Prudentissimique DN. JOAN- NIS LUBBECHII, p. m. Ordinis Senatorii Viri filius germanus. Avia paterna, Lectissima & Decoratissima ELISABETHA BU- TENHOVIA, p. m. Avus maternus Vir Spectabilis & honoratus

10(2

DN.

DN. JOACHIM CORFINIUS, p.m. princeps heic Rostochi Ci-
vis & Cerevisarius. Avia materna, Cultissima & Laudatissima.
ANNA KRAWELS, p.m. B. DN. JOHANNIS KRAWELN,
Civis Rostochiensis primarii Cerevisiariorum filia germana. Cum
prout ceteri mortalium non sine labe hanc lucem salutasset, statim
per lavacrum regenerationis Ecclesie sacre inserta, pietatique, mori-
bus, virginibusque virtutibus destinata mancipataque esit. Et
quidem adhuc infans biennis amabilissimam Matrem amisit, interg.
quinque ex septem superstites fratres juxta cum minima nec tum
annali Sorore relieta est. Quare delata ad Materteram ENGE-
LAM CORFINIAM, Promatrem mysticam, ejusdemque Virum
Eximum & Honoratissimum DN. JOHANNEM HAVEMAN-
NUM improles alias Conjuges, quibus illam Vidiuatus Dn. Paren-
& hinc adflictissimus ob forensium negotiorum multitudinem & tur-
batarei domestice gravitatem adoptandam quasi & educandam de-
derat, quibus etiam ad instar naturalis & germana amata semper &
babita. Postquam Anno 1613. d. 29. Octobr. dilectissimus ejus etiam
parens peracerbo funere deceperat, idq; tam brevi post interitum
Matris, iam quoque in tutela nurcicisui JOHANNIS HAVE-
MANNI esse capit, ejus & alumna simul & pupilla. Mortuus
autem & ipse HAVEMANNUS, & cum ipso mutata una omnia-
ut fit, in dilectissima Parente nostra. Etenim vix sedecim tunc an-
norum puella reliquis contutoribus commissa est, videlicet pl. Rev. &
Clariss. DN. JOACHIMO Westphal Aedis heic Jacob. Past. &
Rever. Ministerii Rost. Superintendenti, ut & avunculis suis germa-
nis, DN. FRIDERICO CORFINIO, U. J. D. Electoris Bran-
denburgici Consiliario, DN. BERNHARDO CORFINIO, U. J. D.
Ducis Megapol. JOH. ALBERTI, Consiliario Gustrovieni, & DN.
M. JOHANNI CORFINIO, dicto Aedis Jacob. Diacono bene-
merentissimo, primum laudati DN. M. JOHANNIS CORFINII,
heic ad Varnum, dein D. BERNHARDI CORFINII apud Gu-
strovenses facta domestica & commensalis, donec inde ad dulcissi-
mos

mos patrie Urbis focos reversa, pra. qz. denominati tutoris & Avunculi DN. M. JOHANNIS CORFINII, laribus reddita, tandemqz.
Anno 1624. ipsis Martinalibus, Dei sic disponentis consilio, & con-
fensu tutorum superstitem pl. Rev. & Clariss. DN. JOACHIMI
Westphals / & M. JOHANNIS CORFINII (supra
Ictorum jam tum morte abreptorum fratribus) socium vita accepit
Virum pium & doctum B. DN. JOHANNEM Amseln / Rost.
Megap. Amplissima Facultatis Juridicae in Academia patria Secreta-
rium, acuiriusque Collegii Dnn. Professorum Ducal. & Senat. Oecono-
num; quo cum con sorte integros quadraginta quatuor annos &
tres menses semper jugali amicitia & amore vixit. Neque vero
sterile hoc matrimonium fuit, aut sine trlnunius Numinis benedi-
ctione; prodiérunt namque ex illo sex filii & unica filia: primo AN-
DREAS, u. J. Licent. Advocat. & Univer. Rostoch. Secretar. se-
cundo JOHANNES, Phil. Mag. tertio GEORGIUS, qui sexto
etatis anno repetit ortum suum, quarto WENDULA, quinto FRI-
DERICUS & GEORGIUS secundus Juris Studiosus, gemelli, quo-
rum ille quatuor infans hebdomadum inter homines agere desit;
sesto FRIDERICUS secundus, itidem Juris Stud. quos superstites
quatuor dilectissimi Dn. Patris nostri ope ab ineunte etate magno cum
laboro & cura eduxit, nec tantum publicis privatisque praeceptoribus
commisi, verum ipsa quoque domestica admonitione sua fideliter ju-
vit, inque remotiores Germaniae Academias haut contempnendis sum-
ptibus ablegavit, plane singulari amore in literatos & literatorum
artes: Ex majore natu filio Licent. ANDREA ejusdemque
conjuge MARGARETHA Schmiedin / ANNAM, MARGA-
RETHAM, JOHANNEM, prima infantia extictum, CATHA-
RINAM, THOMAM, JOHANNEM secundum & ANDRE-
AM; ex unica filia WENDELA, ejusdemque marito DN.
ALEXANDRO Thesand / Ampl. Facult. Jur. jam Secretario duas
natas ANNAM-SOPHIAM & WENDELAM-MARGARE-
THAM, adeoque novem nepotes nunc super funere respective Dn.

Matriſ & Aria acerbifime lugentes vidit. In Conjugali vita plus
acerbitatis & crucis, ut ab illa accepimus, quam unquam veri gau-
diis ſenſit, extra quod perpetuos amores experta & interminam vint-
euli maritalis concordiam; quippe & bellicas calamitates & pestis &
annonae ſortes paſſa, eo animo & constantia, quā Christianiſſimus
quiſque. Publica ſana, quotiens per valetudinem leuit, fre-
quentavit lubentifime, ſacra synaxi identidem uſa; privatimque
ſedulo oravit, imprimis ad undecima meridianā & quinta postpran-
ſorie ſonum; Nec dies facile tranſiit, qua non matutinas preces ex
noiſiſſimo libro der zwölff Andachten fecerit; qua non devotiſſima
ad Deum ſpiritia miſerie, ductu elegantiffimi Codicis der Kreuz
ſchuel Wudriani, tam intensiſſimo ſane ſpiritu & creberri magen-
culatione ut ardentius ferē nec poſſet qui quam nec ſciret. In quibus et-
iam non una cœlibis vita ſolatia invenit, que, quo mage poſt dilectiſ-
ſimi Conjugis Dn. Parentis noſtrip. m. manes afflixt abatur eo ardio-
ri adfectu atque animo legebat relegebatq; Erant autem precipue
Verba illa: Wie der Hirsch ſchreiet nach dem frischen Waffer / also
Auguſt schreiet meine Seele / Gott zu dir; Meine Seele diuſtet nach
ſtim in Gott / nach dem lebendigen Gott / aber / wen werde ich da-
Phi- hin kommen / das ich Gottes Angesicht ſchawe? Du Brun des
lip. Ke gelii lebendigen Waffers / wen werde ich kommen zu den Waffern
eiltſten deiner Süßigkeit? Wen werde ich gehen aus diesem elen-
An- den Jammerthal / da keine Erquickung iſt? auf das ich dei-
dacht. ne Macht und Herlichkeit ſchen möchte / und erſtigen meis-
nen Durſt auf den Brunnen deiner Barmherzigkeit. Qua-
lia pro funebri textu studioſe elegit quoque & conſignari jufſit. In
ſumma vixit deſideratiſſima Parens noſtra memor Dei & diuinarum
legum. Ita cælo teſte ſermocinamur & Salva conſcientia. Ultimam
vitæ clauſulam quod attinet, ecce illa vi geſimo Martii (die Mercurii)
a cognatis domo redux facta male ſtatim habere & conqueri de capi-
tis doloribus ejusdemque conuififfima perturbatione; Quanquam
illaremiferunt etiam, & naturalis, ut videbatur, ſomnus nibil mali
spo-

spespondit, tamen sic agrotantis debilitavit vires, ut omnem recuperanda valetudinis spem elideret. Itaque quatriduo post ipso solio (24. Mart.) die jam primum de anima curatione solicitata expetere, corpus & sanguinem Christi, preparare se morti, seriaque paenitentia agnoscere vias errata, & vera fide in Servatorem sacras agnites epulas abs manu Viri pl. Rever. & Excellentiss. DN. D. ENOCHI SVANTENII, SS. Theol. P. P. & Ecclesiast. Jacobae presentibus nobis aliquaque devotissima reverentia accipere; quo facto sic secum altâ voce ingeminare. Wie wol bin ich nun versorger! Nun bin ich mit Gott versöhnet! Eopse & sequentilune die, quo festum annunciationis Mariae religiose celebrabatur, licet solitudo quies omnia iterum bona polliceretur, tamen magis magisque enerbabatur semper. Accersivimus Experientissimum & Excellentissimum DN. SEBASTIANUM Würdig! Med. D. & P. P. cuius nec generosæ potiones nec adhibita cura quidquam profecerunt. Responsum de morbo hoc est: Morbus, prout ex symptomatibus colligere potui, Febris fuit scorbutica, que, cum acuta sat, paucorum dierum intervallo Corpus alioquin imbelli, annis confectum, spiritibus exhaustum ita defatigavit, ut lethalis tandem evaderet, & fatalis. Jamque nil nisi liberationem expectare & vitæ cœlestis gaudia. Praibamus ipse, prout oportebat, verba optimorum dictorum S. Scriptura & canticularum. Igitur imminentे decretoriā mortis horam sensit, cum sepiuscule hæc in verba erumperet: Alles nach Gottes Willen! Als Gott will! Gott sey dank daß er mich bey voller Vernunft und Verstand gelassen! Sub praecedentis Mercurii (27. Mart.) Vesperam ita nos spontaneo sermone allocuta. Nun komme ich von Euch! Der Herr gesegne euch und behüte euch/ der Herr erleuchte sein Angesicht über Euch und sey Euch gnädig. Et cum deinceps adusque anima exitum in moribunda aurem fideliter insuffraremus. Herr Jesu dir leb' ich/ dir sterb' ich &c. Item Herr Jesu Christ wahr Mensch und Gott &c. Item Kom' du schöne Freuden Erhöhe / bleib nicht lange &c. eademque omnia & singula

gula imbecilli vocer edderet, ipso Jovis die (28. Mart.) horā undēcima matutina in Dominoplacide obdormivit; & quidem illo mense & hebdomade, quā quondam lectissima ejus Mater, eo quē dīe, quo illa, tumulata, & ipsis etiam initiis passionalibus, quibus sponsaltium olim fēdus iniit, ubi jam 68. annos p̄aeter propter expleverat. Tu, ô alme DĒLLS, concede cineri & fragminib⁹ quietem in telluris gremio, velut jam anima permisiſti transiū ad Abrabē ſinum, nos autem mæſtissimos erige rursum & ultimā Matris noſtrā benedictiōnis facre vera particeps. Da ſuum voto ejus in eſſe robur & pondus. Da, PATER, augurium, atque animis illabere noſtris. Hactenus illi. Nihil itaque dubitandum, quin ut piè N O S T R A Vixerat, ita beatissimē de vitā hujus calamitosissimā statione ad veram illam & longē beatissimam vitam translata, ſaviter nunc cum Deo, purisque mentibus, ævum agat, ac in æstimandis gaudiis perfruatur. Noſtræ, ACADEMIÆ CIVES, partes ſunt, ut honestissimā Matronā honorem ultimum promptissimi exhibeamus, ac decenti frequentiā exequias hasce cohonestando, lugentibus liberis affectum noſtrum contemnemur. Quod uti faciatis prolixè rogamus.

P. P. sub ſigillo Recloratus die 3. Aprilis

Anno 1672.

Convenietur in Aede D. Virginis
Mariæ ſacrâ.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn745851568/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn745851568/phys_0013)


DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn745851568/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn745851568/phys_0015)

DFG



sponspondit, tamen sic agrotantis debilitate
 rande valetudinis spem elideret. Itaque
 (24. Mart.) die jam primum de anima &
 corpus & sanguinem Christi, preparare/
 tia agnoscere vite errata, & vera fide
 epulas abs manu Viri pl. Rever. & Excel-
 SVANTENII, SS. Theol. P. P. & Ecclesi-
 bis aliisque devotissimae reverentiae accipe
 voce ingeminare. Wie wol bin ich nur
 ich mit Gott versöhnet! Eopse & sed
 annunciationis Mariae religiose celebrabi-
 minia iterum bona polliceretur, tamen m-
 semper. Accersivimus Experientissimum
 SEBASTIANUM Würdig / Med. D.
 potionis nec adhibita cura quidquam pa-
 morbo hoc est: Morbus, prout ex symptom-
 bris fuit scorbutica, que, cum acuta fatis,
 Corpus alioquin imbellie, annis confectum, spi-
 tigavit, ut lethalis tandem evaderet, &
 liberationem expectare & vita celestis
 prout oportebat, verba optimorum dictio-
 nularum. Igitur imminere decretorianam
 sapientiam hæc in verba erumperet: All
 Als Gott will! Gott sei dank daß
 nunst und Verstand gelassen! Sub
 Mart.) Vesperam ita nos spontaneo ser-
 me ich von Euch! Der Herr behüte euch
 und sey Euch gnädig. Et cum deinceps
 in moribunda aurem fideliter insuffrare
 dir leb' ich / dir sterb' ich &c. Item
 wahr Mensch und Gott &c. In
 Freuden Trohne / bleib nicht lange



the scale towards document
 Scan Reference Chart TE05 Serial No. . . .
 Image Engineering

nnem recuper-
 post ipso solis
 ita expetere,
 que paeniten-
 tias sacras agni
 O. ENOCHI
 räsentibus no-
 sic secum altâ
 ! Nun bin
 e, quo festum
 luttior quiesce-
 enervabatur
 issimum DN.
 nec generosa
 Responsum de-
 re potui, Fer-
 rum intervallo
 estum ita defa-
 que nil nisi
 cibamus ipsi,
 re & cantium
 sensit, cum
 tres Willen!
 voller Ver-
 Mercurii (27.
 . Nun kom-
 e euch und
 t über Euch
 nim & exitum
 ERR Jesu
 Jesu Christ
 du schöne
 omnia & sin-
 gula